

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Relinquere am (2)
cum fonte primo

Sequere dixit non tam incesso pedum
quam executione morum.

Quod est non ambire terrena, non caduca
lucra sectari, fugere honores infimos
contemptum omnem mundi pro caelesti
gloria libenter amplecti cunctis prodesse,
amare iniurias, nulli inferre ac sibi illatas
patienter sufferre, sed et inferentibus a
Domino ueniam postulare, nunquam
suam sed conditoris sui gloriam
querere, quicquid ualet ad
amorem supernorum eligere. Hec et
huius gerere Christi est uestigia
sequi.

Rabanus in omelia ibidem (in glossa
super illud Matthei XIX.: Veni et
sequere me).

Sequere autem dixit imitare;
sequere dixit non tam incesso pedum
quam executione morum.

*Qui enim dicit se in Christo manere
debet sicut ille ambulauit et ipse
ambulare*

quod est non ambire terrena non caduca
lucra sectari fugere honores infimos
contemptum mundi omnem pro caelesti
gloria libenter amplecti cunctis prodesse
amare iniurias nulli inferre ac sibi illatas
patienter sufferre sed et inferentibus a
domino ueniam postulare non unquam
suam sed conditoris semper gloriam
quaerere quotquot ualet se cum ad
amorem supernorum erigere. Haec et
huiusmodi gerere christi est uestigia
sequi.

Beda Venerabilis, *Homiliarum euangelii
libri II.*, 1, 21 (CCSL 122, D. Hurst ed.,
p.150, ll.57-67).